



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosaë ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De His, quæ fiunt à maiori parte Capituli. Tit. XI.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

Honor. III.

Capitula Cathedralium vocari debent, & admitti ad Concilia provincialia, etiam per procuratores ad tractandum, non autem ad decidendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 149. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 420. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Abb. hic num. 4. qui dicit procedere etiam in negotiis non tangentibus Capitula, Botæ. in tract. de synodo. p. 2. n. 42. Quarant. in summa Bullar. verbo Concilium Provinciale, vers. quarto quæro, ubi Prosper de Angulino in addit. resoluit quod si tempore celebrationis Concilij Provincialis vacaret Sedes Cathedralis, Capitulum succedens in iurisdictione est Ordinarius iudex, & debet de necessitate vocari, & potest comparere per Vicarium generalem cum speciali mandato dandi vocem decisiuam, cum sit iurisdictionis, quæ transit in Capitulum Sede vacante; additque Sacram censuisse Congreg. Capitula Collegiatarum quasi Episcopalem iurisdictionem habentia ad Synodum Provinciale esse vocanda.

In gloss. Contingere, vlt. ubi, laici verò huiusmodi Conciliis interesse non debent, &c. Tenet hæc glossa laicos Conciliis vniuersalibus regulariter intervenire non debere, tribus casibus exceptis, videlicet si invitati fuerint, & ad illud specialiter vocati, vel si causa Fidei tractatur, aut si de gradibus circa matrimonium contrahendum agitur. Verum Ioan. Andr. col. vlt. n. 4. in presenti, intelligit hanc glossam procedere quod in casibus prædictis interesse possint laici ad audiendum, non ad iudicandum, vel ad docendum, qui postea subdit posse etiam laicos interesse Concilio, ut petant sibi iustitiam ministrari, vel ut se tueatur, sequuntur Anch. n. 5. vers. quinto, Butr. n. 7. Imol. n. 6. vers. in gloss. fin. Anan. n. 5. vers. adde, Cardin. Jacob. in tract. de Concil. lib. 2. art. 2. fol. 82. Ceterum Panorm. hic n. 6. vers. & nota, dicit se putare laicos in Conciliis vocandos esse ut consulant, non ut definiant, præsertim si periti sint: ego verò tenendam puto distinctionem Præpos. in cap. Canones. 1. 5. dist. col. 2. post princip. vers. in Ecclesiasticis autem, quam refert Rendin. in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 19. n. 1. vide apud eum.



De His, quæ fiunt à maiori parte Capituli.

Tit. XI.



Vper hanc rubr. scripserunt Zabari. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 94. Petr. de Rabenna in compend. iuris Canon. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 399. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alexand. Callan. & Anastaf. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Bartholom. Carthag. in expositione titulorum iuris Canonici. Ioan. Honor. lib. 3. summa in Decret. Zypæ. in analytica postremi iuris Ecclesiastici, enarrat. pag. 191. omnes sub hoc tit. Barbof. Collect. Tom. I. I.

SUMMARIVM.

- 1 Vniuersitatibus Ecclesiasticis præualeat regulariter quod sit à maiori parte, nisi minor pars rationabiliter contradicat.
- 2 Minimi interdum sententiam optimam dicunt.
- 3 Capituli maior pars quod fecit non admittit appellationem.
- 4 Distio, incunctanter, omne temporis spatium excludit.
- 5 Ex causa potest recedi à statuto, vel consuetudine iurata.
- 6 Maior pars est illa, quæ maiori ratione, & pietate nititur.
- 7 Statutum quod accusans habeat certum premium, intelligitur si probauerit.
- 8 Capitulum non potest statuere in præiudicium absentium, nisi subsit rationalis causa.

CAP. Cùm in cunctis. I.

Ex Concil. Lateran.

IN Capitulis quod à maiore & saniore parte fuerit statutum præualere debet appellatione remota, & consuetudine contraria, licet iurata, non obstant. Imò si quis iurat seruare talem consuetudinem, priuabitur communione, donec agat penitentiam, nisi pars maior obiciat aliquid rationabile. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Henric. Panorm. Host. Cened. collect. 120. Viuian. in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag. 120. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 421. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 4. & 2. desumitur ex Concil. Lateran. sub Alexandr. III. c. 16. & refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 10. cap. unico.

Præter nisi à paucioribus, & inferioribus, &c. Notatur ad hoc, quod minimi interdum sententiam optimam dicunt, ut per Tiraquel. ad l. 11. connub. gloss. 1. p. 11. n. 4. me citato in hoc loco, Castil. tom. 3. & de tertiis. c. 11. num. 5.

Appellatione remota præualeat, &c. Notatur ad hoc, quod Capituli maior pars quod fecit, non admittit appellationem, ut per Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, tract. de appell. art. 7. gloss. 2. n. 33. vers. r8. Sigism. Seacc. de appell. q. 17. limit. 2. 5. ubi num. 2. limitat, ut procedat quando appellatur ex rationabili causa; & n. 3. asserit non seruari hunc text. in Francia, An, & quando factum à maiori parte vires obtineat firmitatis, latè Duén. reg. 296. Tiraq. de iure mariti, gl. 8. n. 130. Capyc. decis. 152. n. 2. Azened. ad Curiam Pisan. lib. 2. c. 44. lit. B. plures per Cened. ad Decret. collect. 120.

Incunctanter. Hæc distio omne temporis spatium excludit, & latam sententiam continet, ut per Sayr. in clauis regia, lib. 3. c. 8. num. 27. Monet. de distribut. quotid. p. 3. q. 7. n. 37.

Non enim iuramenta, Notatur ad hoc, quod ex causa potest recedi à statuto, vel consuetudine iurata, ut per Tiraquel. de pœnis temper. in præfat. n. 23. Surd. decis. 38. n. 14.

In gloss. Rationabiliter, ibi, non statuitur semper maiori parti, &c. Notatur ad hoc, quod non semper statuitur maiori parti, nec pluralitati, quia maior pars est illa, quæ maiori ratione, & pietate nititur, ut per Vincenti de Franchis decis. 2. a. n. 25.

In gloss. Offensum, ibi, ergo non sufficit obijcere nisi probetur. Notatur ad hoc, quod statutum, quod accusans habeat certum premium, intelligitur dummodo probauerit, ut per Hippol. consil. 57. num. 3. & cons. 74. num. 38.

n. 38. & in l. is, qui cum re lo. n. 4. c. de ficiat. & in l. 1. §. si quis dicatur. n. 4. & §. ff. de quest. & in prae. §. diligenter. n. 173. Manch. illustr. c. 36. n. 2.

- 8 In gloss. Constitutum, ibi, alias presentes in praedictum absentium nihil constituere possunt. Notatur ad hoc, quod Capitulum non potest statuere in praedictum absentium, nisi subit rationabilis causa, & eodem vocaverit, & ex vocatis concurrant duae partes, ut per Bened. Capr. tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 2. n. 23. pag. mihi 154. Capituli potestas an, & quando refideat penes praesentes, vide Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 280.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonici non interdicunt Ecclesiam, sed hoc facere debet Episcopus cum Capitulo.
- 2 Interdictum ferens an illi subiiciatur, remissum.
- 3 Culpa suos debet tenere auctores.
- 4 Poena debet commensurari delicto, & culpa respondere.
- 5 Poena accipitur sub ratione medicinae.

CAP. Quaesuit. II.

Caesl. III.

- 1 Canonici sine consensu Capituli, & fratrum non potest ponere interdictum in Ecclesia, & poena Ecclesiastica non est imponenda nisi iis, qui delinquant, nec poena excedere debet delictum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viu. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 115. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 421. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 9. c. 2.
- 2 Quidam in Canonici. Vtrum ferens interdictum subiaceat interdicto, vide Bonacin. de censuris disp. 4. puncto 1. n. 24.
- 3 Cum peccata suos auctores, &c. Notatur ad hoc quod culpa suos debet tenere auctores, ut per Surd. de aliment. tit. 1. q. 38. n. 30. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 23. n. 1. Seobar. de ratiocin. c. 42. num. 7. cum iuribus per me citatis in tract. axiomatum iuris vssifreg. axiom. 62. n. 1. & axiom. 181. n. 4. & plenè adductis in collect. ad c. non debet, & seq. de regul. iuris lib. 6. & ibi citatis addo Buecaron. de differ. inter iudicia civilia, & crimin. differ. 162. n. 2. ubi refert ex Bart. iniquissimum & diabolicum esse, ut ex facto alterius alter criminaliter, seu corporaliter teneretur.
- 4 Nec poena sit, &c. Notatur ad hoc quod poena debet commensurari delicto, & culpa respondere, ut per Couart. lib. 2. variar. c. 8. à princip. Bonacof. commun. crimin. p. 2. verbo delictum. fol. 24. Menoch. remed. 5. recuper. n. 39. & de arbit. lib. 1. q. 90. n. 38. Bertazol. in re. per. l. si quis maior. C. de transact. n. 68. Thom. de Thomassetis in floribus legum. reg. 216. Farin. in praxi crimin. q. 4. n. 10. & q. 17. n. 9. Card. Tusch. tom. 6. lit. P. concl. 211. Mench. illustr. c. 8. n. 51. & c. 24. n. 1.
- 5 In gloss. Deliquit, ibi, quia patitur iustus pro impiis, &c. Nota, quod si poena accipitur sub ratione medicinae, vel data iusta causa ad maiore Reip. utilitatem, ut dum unusquisque torquetur, ceteri cauti, & promptius à criminibus abstineant, non inconuenit, ut unus pro alio puniatur poena temporali, non tamen aeterna, neque spiritali ad salutem animae pertinente, ut per gloss. verbo de quarta, in summ. 1. q. 4. D. Thom. 1. 2. q. 87. art. 8. in solut. & in resp. ad 1. & 2. q. 108. d. 4. in solut.

Thom. de Thomass. reg. 228. Couart. d. c. 8. vers. quarta, iuncto vers. quinta, Gutier. canon. lib. 2. c. 30. n. 25.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatio communis Ecclesiae per contradictionem, & appellationem eius, cuius non interest, impediri non debet.
- 2 Quasi possessio in iurisdictione, & similibus an acquiratur per inuestituram annuli, remissum.
- 3 Feudi possessio per inuestituram verbalem, seu abusivam non transfertur.
- 4 Colligens quando nominaret eum, cum quo litigat, sub nomine beneficii super quo litigat, censetur illi sic nominato ius suum remittere.
- 5 Renuntiatio tacita in praedictum renuntiantis idem operatur quod expressa.
- 6 Possessio per inuestituram non transfertur.
- 7 Possessio quomodo definitur, ostenditur.

CAP. Ex ore. III. Innoc. III.

Appellatio illius, ad quem non spectat appellare, non valet, nec impedit ordinationem Ecclesiae, & electus à saniore parte Capituli, est bene electus, & confirmandus. Item habens ius ad electionem Praepositi, si alicui electo reverentiam praestat, videtur renuntiare suo iuri ipso facto. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 151. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 421. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 12. cap. unic.

In signum inuestiturae annulo, &c. An per inuestituram annuli acquiratur quasi possessio in iurisdictione, & similibus, vide Gregor. l. 4. verbo con una sorteia, tit. 26. p. 4.

Non fuit aliquatenus inuestitus, &c. Notatur ad hoc, quod feudi possessio per inuestituram verbalem, seu abusivam non transfertur, ut per Valaf. de iure emphyr. q. 18. n. 18. ubi tamen advertit ex huiusmodi inuestitura videri concessam facultatem propria auctoritate apprehendendi possessionem feudi.

In re suo, &c. Notatur ad hoc, quod electus ad aliquod beneficium potest cedere iuri suo, & electioni de se factae absque superioris licentia, ut per Abb. in c. cum Bartoldus, de re iudic. Felin. in cap. in nostra, n. 28. de descript. Rot. decis. 6. de elect. in novis, Gom. in reg. de non tollendo iure quasto, q. 1. Nauarr. in cap. accepta opposit. 8. n. 7. Flamin. de resign. lib. 1. q. 23. n. 7. Non obstat text. in cap. cum inter 21. de elect. ubi per mutuum electi, & eligentium consensum quasi coniugale vinculum contrahitur, quia intelligendus est text. ille secundum gloss. ibi, verbo quasi; potest etiam intelligi, ut loquatur de vinculo, quod ex sponsalibus solo contrahentium dissensu dirimuntur, cap. 2. de sponsalib. ita vinculum illud mutuo electi, & eligentium consensu dissolvitur, & ideo valet renuntiatio, quae in manibus electorum absque Superioris licentia celebratur, ut notavit gloss. verbo renuntiauit, in c. 2. de translat. Prel. Unde renuntians electioni de se factae amplius non exaudiri, nec eius appellationem ad novam electionem impediendam, admittendam esse, resoluit Flamin. d. q. 23. n. 9.

Reverentiam exhibuit, quae debetur Praeposito, &c. Notatur ad hoc, quod quando colligens nominaret eum cum quo litigat, vel ad illum scriberet sub nomine

mine dignitatis, vel beneficij super quo litigat, cense-
tor illi sic nominato ius suum renuntiare, vt per Re-
buff. in tract. nominat. q. 1. n. 9.

Renuntiasse videtur.] Notatur ad hoc quoddam tacita
renuntiatione in preiudicium renuntiantis idem ope-
ratur quod expressa, vt per Flamin. de resignat. benefi-
c. lib. 1. q. 1. 3. n. 1. cum seqq.

In gloss. Amulo, ibi, cum in possessionem missus non
fuerit. Ergo per inuestituram non transfertur posses-
sio, vt per Tiraq. in tract. de mort. in presat. declar. 1. n. 5.
Coul. lib. 3. var. c. 16. n. 3.

In gloss. Et si mandatum, ibi, quia in adipiscenda pos-
sessione actus corporalis requiritur. Et ideo possessio desi-
nitur, quod sit corporalis rei detentio corporis, &
animi, iuris adminiculo concurrente, vt per Hostiens.
in summ. de causa possess. n. 1. Petr. Greg. syntagm. lib. 1.
c. 1. n. 4. Henric. Canis. in reg. 3. lib. 6. §. is autem, Mo-
lin. de iustit. lib. 1. 2. c. 3. n. 40. Reb. de oblig. iustit. p. 1.
q. 8. §. 1. ac proinde nullo vnquam casu ius Canoni-
cum, aut Ciuile possessionis acquisitionem induxisse
absque actu corporeo, vel alio, quod pro corpore ha-
beatur, ex Alber. in liquorundam. ff. de acquir. posses. scri-
bit Valac. d. q. 1. 8. n. 3. 4. vers. illud tamen, expendens in
c. 2. supra consuet. interuenisse apprehensionem corpo-
ream apponendo modicum terre super Altare, & sic
in similibus iuribus, quae pariter ad hoc propositum
expedit. Verum contrariam sententiam, imo legem
per modos fictos possessionem transferre posse absque
actu corporeo, tenuerunt Bald. in rubr. de casu posses.
n. 1. 3. Tiraq. in tr. de mort. p. 5. declar. 1. n. 4. Coul. in reg.
posses. p. 2. §. 1. n. 5. Ant. Gomul. 4. §. Tauri n. 111. Molin.
de primogen. lib. 3. c. 19. à n. 19. al. Molin. de iustit. tract. 2.
disp. 6. 3. n. 3. qui contrariis bene respondent.

SVM MARIVM.


1. Prelatus cum maiori parte Capituli statuere potest
quod ad necessariam reparationem fabricae quilibet
Canonicus conferre teneatur.
2. Canonici supplere tenentur de superabundantibus,
quando non est sufficiens quarta portio, quam dat
Episcopus pro fabrica Ecclesiae.
3. Episcopus etiam cum consensu sui Capituli non potest
facere statuta in praedictum iurium aliorum Prae-
latorum inferiorum, vel Ecclesiarum subditarum
absentium, nisi aliqua subesset iusta causa.
4. Episcopus cum maiori parte Capituli potest statuere,
vt quilibet Canonicus de sua praebenda quotannis con-
tribuat certam summam in alicuius pauperis scola-
ris docilis, & non vagi subsidium.

CAP. Ex parte. IV. & vlr.

1. Episcopus si cum maiore & saniore parte Capituli
statuit contributionem Canonici pro repa-
randa fabrica Ecclesiae, quamvis aliquis Canonicus
contradicat, tamen valet statutum plurimorum. Colli-
gunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell.
Ioan. Andr. Butr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Pa-
norm. Vin. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 151. Alagona
in compend. iuris Canon. pag. 412. remissive Ximen. in
concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 3.
tit. 4. c. vnic.
2. Ad restaurandam fabricam, &c.] Notatur ad hoc
quod Canonici supplere tenentur de superabundanti-
bus, quando non est sufficiens quarta portio, quam
dat Episcopus pro fabrica Ecclesiae, vt per Panorm.
n. 7. in presenti, & in c. 1. n. 3. de Ecclesiis adific. & in q. 3.

incip. Sempronius, in sine, vers. & aduerte, Bero. conf. 3.
n. 8. 2. 1. 26. & 37. vol. 1. Barbat. conf. 26. n. 4. & 5. vol. 3.
Lambert. de inreparat. lib. 3. q. 7. art. 2. n. 3. & 4. vers.
tertius est casus, Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de exem-
ption. clericorum à statutis secularium, §. 1. 3. n. 16. vbi
n. 17. resoluit quod si Episcopus & Canonici simul nō
sufficerent, tunc Episcopus vnā cum Capitulo posset
statuere quod alij inferiores Clerici de superabundan-
tibus fructibus deductis sibi necessariis, ad contribuē-
dum dictae fabricae tenerentur, & n. 18. aduertit Epi-
scopum ad redditus Canonici, & aliorum Cleri-
corum pro fabrica non posse deueneri, nisi in casu, quo
fabrica, seu reparatio est necessaria, & in subsidium, &
tunc mediante dispositione Episcopi & Capituli si-
mul, vel maioris partis illius, & citat Abb. d. q. 3. circa
fin. & Bero. d. conf. 3. n. 23. & 24. in princ. n. 42. & 43.
Vnde per hunc text. dicebat Tiraquell. de penis tem-
per. in presat. n. 51. Episcopum etiam cum consensu sui
Capituli non posse facere statuta in praedictum iu-
rium aliorum Praelatorum inferiorum, vel Ecclesia-
rum subditarum absentiam, nisi aliqua subesset iusta
causa.

Operi tam pio, & necessario, &c.] Per hunc text. tener
Rebuff. de privileg. scholar. priuileg. 4. 2. quod Episcopus
cum maiori parte Capituli potest statuere, vt quilibet
Canonicus de suis praebendis quotannis contribuat
certam summam in alicuius scholaris pauperis docili-
s, & non vagi subsidium in studio existentis, etiam si
minor pars contradicat.



Vt Ecclesiastica Beneficia sine dimi-
nutione conferantur.

TIT. XI.



PER hanc rubr. scripserunt Zabarell.
Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchor.
Panormit. Guid. Papae Durand. in breui-
ario aureo iuris Canon. fol. 94. Ioan. de
Londris in breuiario sanctorum Canonum,
fol. 174. Martin. Melnart. in epitome Decret. fol. 108.
Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Dan. Ve-
nator in analysi methodica iuris Pontif. pag. 399.
Goffred. & Host. in summa huiusmodi. Alexand. Cassan. &
Anastaf. Germon. in paratitulis ad quinque libros De-
cret. Barth. Carthag. in expositione titulorum iuris Canon.
Ioan. Honor. lib. 3. summa in Decret. Zypa. in analytica
postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 192. omnes
sub hac rubr.

De materia tituli vide Rebuff. in praxi benefic. tit.
requisita ad collationem bonum, n. 6. Corral. de benefic.
p. 1. c. 2. in fine, & p. 4. c. 1. n. 4. Guillelm. in c. Raynuius,
verbo, si absque literis 2. de fideicom. substituit. à n. 32.
Malcad. de probat. concl. 313. à n. 5. Flamin. de resignat.
benefic. lib. 8. q. 9. n. 32. Aduerte verbum, conferantur, de
quo in hac rubr. generale esse, & comprehendere
praesentationem, institutionem, & quamlibet aliam
provisionem, seu omnem modum, per quem provide-
tur de beneficio, vt per Rebuff. in praxi benefic. tit. de
forma Vicariatus à n. 49. & tit. de dispensat. ratione eta-
tis, verbo, conferantur. Mandatum reg. 32. Cancel. g. 4.
n. 1. & alios plures, quos refert, & late explicat Nicol.
Garc. de benefic. p. 1. c. 6. à n. 32.

LA RBOSA
Lus Can
Vol. 233
GV
18